

Littere Rakocii ad Vladislavum IV Regem Polo-
nie.

124

Serenissime ac potentissime rex, domine domine clemen-
tissime! Litteras maiestatis vestre, quas mihi attulit Illu-
strissimus eiusdem Legatus ea, qua par est reverentia
accepi. et quo me minus capacem tanti honoris profite-
or, eò submissiores maiestati vestre ago gratias tante be-
nignitati non obsequia mea duntaxat, sed et vitam devo-
vendo. Iuxta porro maiestatis vestre, qua fide, qua prom-
ptitudine executioni mandare unatus fuerim, testem
ipsum illustrissimum legatum appello. Nec porro idem
ardor me deseret, donec palam fecero, neque sacram re-
giam maiestatem, dominum meum clementissimum
in amore fraterno erga vestram maiestatem ulli secur-
dum, neque eius ministros in obsequio postremos fore.
Cetera referet ore tenus pro suo munere legatus mai-
estatis vestre, ego interim longævam, constantemque
valetudinem, et acceleratos de hoste triumphus mai-
estati vestre precatus eius regiam dexteram humillime
exoseutor.

11

[Faint, illegible handwriting]

[Faint red ink scribble]

[Extremely faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side]